UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Visual Library

ſequens, qui peccatum aggrauat, iam in actu
ceſſit velut in cauſa. Et ideò quando commiſſum
totam ſuam quantitatem habuit, & ex effectu
ſequente non accreſcit ei aliquid quoad culpæ
tionem: quamuis accreſcat quoad pœnam acci
talem, ſecundum quod plures habebit rationes
lendi in inferno de pluribus malis ex ſuo pecc
verba ci- conſecutis. Et ſic loquitur Hieronymus *. Vnde
tantur in oportet, quòd contritio ſit niſi de peccatis pr
arg. 2. ritis.

ARTIC. V.

Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno

8 AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd h
debeat conteri de peccato alieno. Non e
petit aliquis indulgentiam, niſi de peccato, de
contritus eſt. Sed de peccatis alienis indulgen
petitur in Pſal. 18. Ab alienis parce ſeruo tuo. E
debet homo conteri de peccatis alienis.

¶ 2 Præterea, Homo ex charitate debet dili
proximum ſicut ſeipſum. Sed propter dilectio
ſui, & de malis ſuis dolet, & bona deſiderat. E
cum teneamur proximo deſiderare bona gratiæ
& nobis, videtur quòd debeamus de peccatis
dolere, ſicut & de noſtris. Sed contritio nihil
aliud, quàm dolor de peccatis. Ergo debet h
conteri de peccatis alienis.

SED contra, Contritio eſt actus pœnitentiæ vi
tis. Sed nullum pœnitet niſi de his, quæ ipſe fe
Ergo nullus conteritur de peccatis alienis.

RESPONDEO dicendum, quòd illud idem c
teritur, quod prius durum & integrum fuit. V
oportet quòd contritio de peccato ſit in eodem,
quo peccati duritia præceſſit: & ſic de alienis p
catis non eſt contritio.

Ad primum ergo dicendum, quòd ab alie
peccatis ſibi parci Propheta precatur, in quan
ex conſortio peccatorum aliquis per conſenſum
aliquam immunditiam contrahit: ſicut ſcript

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt Pſalm. 17. Cum peruerſo peruertèris.

Ad ſecundum dicendum, quòd de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet, quòd de eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato præterito eſt contritio, vt ex dictis patet *.

in co. ar. & ar. 2. huius q.

ARTIC. VI.

Vtrum de ſingulis peccatis mortalibus requiratur contritio?

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd non requiratur de ſingulis peccatis mortalibus contritio. Eſt enim motus contritionis in iuſtificatione in inſtanti. Sed in inſtanti non poteſt homo ſingula peccata recogitare. Ergo non oportet quòd ſit contritio de ſingulis peccatis. 9

¶ 2 Præterea, Contritio debet eſſe de peccatis, ſecundum quod auertunt à Deo: quia conuerſio ad creaturam ſine auerſione à Deo, contritionem non requirit. Sed omnia peccata mortalia in auerſione conueniunt. Ergo contra omnia ſufficit vna contritio.

¶ 3 Præterea, Plus conueniunt peccata mortalia actualia adinuicem, quàm actuale & originale. Sed vnus baptiſmus delet omnia actualia, & originale. Ergo vna contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

SED contra, Diuerſorum morborum diuerſæ ſunt medicinæ: quia non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum: vt dicit Hieron.* Sed contritio eſt medicina ſingularis contra vnum mortale. Ergo non ſufficit vna communis de omnibus.

ſuper illud Mar. 9 Hoc genus dæmoniorũ nõ eijcitur, &c. tom. 9.

¶ Præterea, Contritio explicatur per confeſſionem. Sed oportet ſingula peccata mortalia confiteri. Ergo & de ſingulis conteri.

RESPONDEO dicendum, quòd contritio poteſt dupliciter conſiderari: ſcilicet quantum ad ſui principium, & quantum ad terminum. Et dico principium contritionis cogitationem, qua quis cogitat de peccato, & dolet, & ſi non dolore contritionis,

ſaltem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN